



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

128. Mutus & surdus aures ac linguam recipit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

*Mutus & surdus.*

MEDITATIO CXXVIII.

*Mutus & surdus aures, ac linguam  
recipit.*

I. Iesus exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum; & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. *Marc. 7. v. 31. & 32.*

II. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & exspuens, tetigit linguam ejus. Et suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est, Adaperire. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. *Marc. 7. vers. 33. 34. 35.*

III. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eò amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. *Marc. 7. v. 36. & 37.*

F Para-